

AUSPICE CHRISTO

# PROBLEMATA PHILOSOPHICA,

Quæ

Consentiente Amplissimâ Facultate Philosophicâ in  
Regiâ quæ ABOÆ est CHRISTI Néâ Universitate,

Sub Directione  
Amplissimi atq; Consultissimi V I R I,

DN. MICHAELIS O. VVE-  
XIONII, J. U. Doctoris, ejusdemq; ut & Pol.  
& Hist. Professoris celeberrimi, Præceptoris  
& Fautoris sui ætatem devenerandi.

Publicæ disquisitioni exhibet

ANDREAS Adam Georgij F.  
Respondens & Author.

Addiem 27. Junij A. 1650. in audit. Maj. boris consuetis

A B O Æ,

---

Imprimebat PETRUS Wald/ Acad. Typog: 1650.

# V I R I S,

Quos Nobilitas, cum virtute exaltavit: Quos virtus  
cum Nobilitate in edito honoris fastigio collocavit: Quos in-  
dustria cum ardore Reipub. Svecanæ inserviendi eximiis opibus cumulavit;—  
Quos musarum amor, cum earum cultorum magnifica pro-  
motione æternitati consecrabat.

**DN. LUDOVICO DE**  
**GEER SENIORI**, Domino De Finspång &  
Fistebj &c. Mecœnati suo perpetuâ animi  
submissione suspicioendo.

U T E T

**DN. LUDOVICO DE GEER**  
**JUNIORI**, Domino De Finspång & Fistebj &c.  
Fautori itidem & Benefactori plurimum colendo.

S. P. P.

**A**nimum meum cum subeat memoria beneficiorum, quibus  
V:æ N:tes me V:um N:tum clientulū identidem cumulavere;  
Vix una labitur dies, vix horula, ea quin cogitem, quin perpen-  
dam, ne menti effluant, ne exolescant, quo fuero. Romani  
sapientis judicio ingratissimus omniū dum eorum oblitus.  
Iccircò, neque am quamvis demereri; tamen Academicum hoc exerci-  
tium, V:is N:bus grati mej pectoris signum qualecunq; esse cupio: Consi-  
do fore ulterioris promotionis incitamentum. Quippe sic ego; Ut U-  
lysses apud Alcinoum nihil possidens, quod pro plurimis rependat benes-  
ficijs, præter vota & grates; Nihil habeo præter exigua hac animi mu-  
nera & gratementia. Profiteor iubens plurima immò multò mäs  
kora me V:is N:bus debere, quod aliquam debiti partem, dum vivo, profiteor. Hunc  
vadem, ceu V:æ N:tes placido iudicio matiri didicere; ita candido vultu excipere dë-  
gnatur submisso rogo;

Hac problemata Officiose Consecrans Clien-

ANDREAS Adam Georgij F.

I.  
S U M M U M hominis BONUM  
est D E U M cognoscere, eum  
piè colere, ejusq; gratiosâ præ-  
fentiâ frui.

**N**otum est ex saepius jam antehac in celeberrima hac nostra Academia disputatis, quodam summam hominis felicitatem, in exterorum bonorum (quæ alias *Fortuna* vocantur,) affluentia collocare; quod faciunt divitiarum, honorum, laudis, potestatis, gloriae & authoritatis, &c. cupidi: Quosdam in bonorum Corporis usu, quæ sunt vel *insita*, ut Sanitas, robur, pulchritudo; Voluptas, vel *dissita*, utpote ad sensuum voluptatem facientia, præcipuam beatitudinem posse, experientia ostendit: Nonnullos in *animi bonis*, ut facultatibus & habitibus, atq; ex ijs prodeuntibus operationibus & cognitione earum rerum, quibus animus hominis delectatur, n. aximum felicitatis punctum existimare observatur... Sed *prima* opinio manifestè fallit; Cum ista bona fortuita sint; ex aliorum arbitrio dependant, atq; sic nullatenus in nostrâ potestate, existant quinimò invitis sàpè auferantur; Summum autem bonum *inxerio* esse debet, proprium & ab aliorum favore aut simulata opinione non dependens'. Nec magis

*Secunda*

*Secunda* obtinet; Nam ista bona ignobiliori hominis parti directe subserviunt; propter usum tantum, non propter se expetuantur: Neq; his & semper cum voluimus, potimur; Et hisce prærogativis à brutis non raro superamur.. At *Tertia* plus veritatis habet. Quamvis n. habitus & facultates, non propter se, sed propter operationes expertantur, ut in illis S. B. collocari nequeat: Nullum tamen feliciorem ac beatiorem hominis statum esse certissimum est, quam si homo cæteris Bonis corporis, fortuna & animi, mediocriter instructus, virtuosæ operationi incumbat, secundum virtutem vivat; adeoq; quod divina illuminatio addit, *D E U M* ritè cognoscat, piè colat, ejusq; gratijs presentiâ & visione fruatur.. Contemplatio enim amorem excitat, ut amor contemplationem juvat ac promovet. Atq; hic demum alias inexplicabilis hominis appetitus satiatur; juxta illud Augustini; *Fecisti nos, Domine, ad te, & ideo irrequiescere est cor nostrum donec requiescat in te.*

## II. Mercatura est Regno ac Reip. utilis; immò necessaria.

Quanta sit Mercaturæ ac negociationum, non minùs quàm artium mechanicarum utilitas, vel una patria nostra dulcissima, re & experientiâ edocta, commonstrare poterit. Qualis enim hujus facies, cura ante aliquot secula, nulla metallicarum fodinarum cultura, non gladios, enses, non bombardas, sclopeta, non secures, cultros, non atena, lebetes; nedum orichalcem, aut argenteam, suppellecilem domi parârunt; sed postquam è terra cavernis eruere didicerunt, rudem materiam, maximo patriæ detrimento, exterorum verò emola,

emolumento, distraxerunt & ad exoticas terras abducunt  
permiscerunt. Ipsi domi nudâ & simplici necessariarum  
permutatione contenti: Quicquid negociationibus as-  
ptum ut cuprum, ferrum, corium, sebum, etiam argentum  
& æs, rude ac incultum exteris elaborandum & negoti-  
ationibus exponendū concredidere; ipsi vicissim bom-  
bardas, gladios, cultros, secures, imò calceos, ocreas,  
crumenas, coria & pelles elaboratas magno precio redes-  
merunt; hordeum etiam vicinis vendidere, & cerevisiā  
ab illis rursum coemerunt. Quæ verò nunc ex his ijsdē  
mercibus atq; similibus, patria emolumenta capit cor-  
dati facile animadvertis. Unde Mercaturæ utilitas  
haud obscurè perspicitur... Nej, Necessitas magis in obscuro  
est: Notum enim & verum est tritum illud; Non omnis  
fert omnia tellus. Cū igitur multa hic abundè proveniant,  
quæ utiliter exportari queunt, nonnulla etiam aliundè  
utiliter importantur, quod absq; mercaturâ & negotian-  
tium operâ fieri nequit: Quis eandem Regno & reip. u-  
tilem negaverit? ut jam de vestigalibus, alijsq; publicis  
comodis, emolumentis ac divitijs quæ inde promuntur,  
nihil dicam. Hinc etiam Eximus ille politicus Iohannes  
Boterus de Politia Illustr. lib. 1. C. 14. de mercatoribus etiam  
institutoribus agit, quorum mercatura cum maximo Reip. comodo  
conjuncta est, quamq; ad externorum sapè regum populorumq;  
amicitiis contrahendas aconmodam, atq; etiam hominum vita  
perutilem, ac quodammodo necessariam pleriq; arbitrati sunt;  
Sed de iis qui latentium lucrorum astutissimi indagatores, manifesteq; præde  
avidissimi devoratores; nec cognitiones, nec affinitates, nec amicitias, nec  
communem salutem, ullâ fide, nisi solâ utilitate colunt; quorum operosæ  
fraudes, non artes, venduntur emunturq; quibus passim peculiare est mentiri,  
peirare, fraudare & imponere, nec ulla illis lucrandi ratio turpis; atq; ille  
melior, qui lucratur magis, quin & legibus id sibi licere dicunt, decipere secum  
contrahentes ad dimidium iusti precii. &c. De ijs inquam eorumq;  
turpitudine & fraudib; ibi plura videantur. Ast de veris

mercatoribus vicissim *Hyppolytus à collibus* in suo Principe  
30. sic ait: *Artes etiam commutatrices Principem fovere debere: Mercatorum ope, non solum res patriæ utilies in imperium eorum periculo convehuntur, sed multa etiam quibus imperium redundat, in alias regiones ab illis cum utilitate publica deferuntur.* Multi etiam repentinae casus incident, in quibus mercatorib⁹ opibus sapientia numero non levia pericula propulsantur: Imo eorum quoq; fide & industria, non mediocria Reip. munera sustinentur. Neq; vulgaris prudentia ab illis ex hominorum externorū commercio & familiaritate comparatur, &c. Cujus rei exempla in nostrā quoq; patriā extant. Scribit Plutarch⁹, Solonis tempore mercaturā in precio fuisse; rationēq; hanc addit, quod commoda ex regionib⁹ barbaris ad se sceret, amicitias cum Regibus conciliaret, & multarum rerum conferret peritiam. Tanta nimis est mercaturā vis, ut ademptā mercandi facultate (quod aliquando in Neapolitanorum regno factum legimus, inquit Pont. c. 45. de liberalit:) provinciales continuo ad inopis redigantur. Verū & hic cavendum, ne ex utilissimā hāc negociatione, iniquitatis officina & avaritiae cōciliabulum fiat, non modò in ipsis mercatoribus detestabile, sed & Reipub. detrimentosum. Severè igitur in insidiosa illa, totiesq; Principum constitutionibus prohibita, monopolia exercentes, qui & si cum principis fraudantes, pauperum sudoribus pascuntur, animadverterendum: Quæ verba itidē apud Hypolyt. d. l. habentur. Lieita autem & honestā mercaturā subditorum divitiae augmentur, ex illis public⁹ & Magistratus: Urbes locupletantur & amplificantur; quibus Regna & imperia firmantur & stabiliuntur. Ecquis igitur de laudabilis mercaturā utilitate & necessitate dubitare velit aut possit?

### III. Navigationis exercitium Regno & Reip. commodat.

Quando

**Q**uando sumus rerum omnium Creator, arbiter  
ac moderator, in primâ creatione aquas in peculia-  
rem locum collegislet, terram quidem homini & filiis  
hominum colendam dedit, ut Scriptura loquitur: Ex i-  
psis aquis tamē imensas etiam utilitates non denegavit.  
Progressu n. temporis & post lapsum, cum jam animans-  
tia inter quæ etiā pisces sunt, homini in escam cederent,  
nō tantum ob pīcationem, quæ sine navigatione omni-  
modè exerceri nequit; verū etiam propter commercia,  
quæ mari non minus quam terrā instituuntur, navigatio  
etiam utilis, immo necessaria esse deprehensa est. Quinis  
modo nec tota terra, ad mandatum cunctipotentis, ab ho-  
minibus sine navigiorum usu impleri potuisset; siquidē  
omnis mari circumdata esse & insulis constare animad-  
vertitur... Quis igitur navigationis necessitatem acuti-  
litatem sanus negaverit? Proinde & Jehova ipse Noa-  
chum navim, quæ universum animantium genus super  
terram ab aquis diluvij salvum evaderet, construere do-  
cuit. Et Rex omnium qui unquam fuere sapientissimus  
Salomon lucrosas navigationes instituit. Et spiritualis  
Salomon, i.e. Rex pacis Salvator CH RISTUS, Cujus omnis  
actio est nostra institutio, navim concendere, fluctib⁹ & vē-  
tis se concredeere (immò & eosdem navigans compescere)  
non detrectavit. Quoties verò electum Dei organon &  
Apolt. S. Paulus, navigatione, et si non semper satis com-  
modā, uti sustinuit, ejusq; beneficio varios adire popu-  
los, ut fidem in Christum professinaret? Quæ & simi-  
lia navigiorum usum licitum & legitimum, immo utilissi-  
mum esse demonstrant. Ast quæ præterea abundantissi-  
mæ utilitates & olim & nuper, tam publicè quam priva-  
tim inde emanarint, longū nimis foret singulatim per-  
ceasere. Hoc medio prædictus R. Salomon classem in

Asio-

A sion-gabor, littore maris rubri instruens, surum ex  
Ophir quadringentorum viginti talentorum reportavit.  
3. Reg: 9,26. Ophir autem seu Aspir, Regnum Peur, Ame-  
rica partem, auro gemmisq; abundantem, docti autus  
mant; nunc per literarum metathesin Peru dicitur. A-  
mericam enim ut hisce novissimis seculis, ita & quondam  
per navigationes innotuisse, ex documentis haud obscu-  
ris colligitur. Præterquam enim quos naves Salomo-  
nis ex mari rubro per indicum & oceanum æhiopicum  
in Americam commodè navigarunt; Plato etiam in Ti-  
tano, inquit: Narrant vetusta scripta rerum Atticarum, in ma-  
ri atlantico, extra illas angustias esse insulam quandam Africæ  
vel Asiae majorem, ex qua ad alias insulas facilis esset trajectus.  
Et idem Plato in altero dialogo Critias: à feracitate, di-  
vitijs, metallis, animantibus fructibus, magnitudine re-  
gnis, alijsq; ita describit, ut alij delineatio ista competere  
nequeat. Quin & Homerus Odyss: 1. Duplices Æthiopes  
constituit; Orientales & occidentales. Hos in Atlanti-  
câ insulâ seu Americâ: illos sub Ægypto docti ponunt.  
Nec non Homerus ille Mantuanus, Virgil. 6. Æneid. inq<sup>t</sup>

Latet extra sydera tellus<sup>a</sup>  
Extra anni solilq; vias, ubi cœlifer Atlas<sup>b</sup>  
Axē humero torquet stellis ardentib; aptū.  
*Et Seneca in Medea* — Venient annis secula seris, quibus  
Oceanus vincula rerū laxet, & ingens pateat tellus:  
Tiphysq; novus detegat orbes, nec sit terris ul-  
timā Thule. — — —

Quæ illi scribere non potuerint, nisi tellus isthac jam  
antea cognita fuisset. At quomodo cognita fieret, nisi  
per navigationes? Unde & Diod: Sicut, Apul. & Plinius ac  
Strabo in Geografiâ Atlanticas insulas agnoscunt. Et  
nunc quoq; Regni Sueciæ corona ad partem ejus terræ  
imperijs

Imperij reverentiā produxit: idq; mediante navigatione.  
Ut jam de eo nihil dicam quantum navigationis  
exercitium, in ampliandis commercijs, ditandis subdi-  
tis, defendendis finibus, profuerit, prosit, adeoq; insu-  
per, D E O benignè annuente, prodesse possit. Quid  
verò de Batavis; genuinis Neptuni filijs, dicendum?  
Qui solis navigationum & mercimoniorum industrijs  
atq; assiduis exercitijs, ad eam subiecti sunt potentiam,  
ut totius orbis oculos in se converterint. Naviga-  
tiones proinde rectè institutas, fructuosissimas esse non  
immetitò colligitur.

#### IV. Leges etiā humanæ viola- tæ, consciētiæ vuln⁹ infligunt.

L egum aliæ *Divinæ* sunt, aliæ *Humanæ*: Di-  
vinæ Leges D E U M ipsum authorem atq; latorem a-  
gnoscunt: ideoq; & à *naturalibus* sola ratione distin-  
gvuntur: *Naturales* enim dicuntur, quod naturæ à pri-  
mordio implantatae sint; undè non scriptæ sed natæ ap-  
pellari possunt. Eadem etiam *Divinae* appellantur, qua-  
tenus non tantum à D E O, naturæ authore, originem  
arecessunt, verùm etiam peculiari promulgatione in mō-  
te Sinaj (de moralibus enim nunc sermo est) Moysi tra-  
ditæ sunt. *Humanæ*, homines agnoscunt autores ac  
promulgatores<sup>2</sup>. Divinas qui transgreditur, quin con-  
scientiam lēdat, nullum quidem omnino dubium esse  
potest; cum sic D E I authoritas, qui solus est conscientia-  
tarum dominus contemnatur.. Quinimò & huma-  
nas legitimè latas leges de industriâ violans, conscientia-  
m gravat; dummodo leges istæ firmo nitantur fun-

damento: id est; cum pietate ac honestate non pugnant. Tum enim D E O magis obediendum quam hominibus. Act. 6. Ratio autem quam assertio nititur, haec præcipua est: Omnis ordinatio, id est, Magistratus, est a D E O: & qui magistrati resistit divinae ordinationi resistit. Rom: 13. 1. Petr: 2. Jam autem qui D E O ipsis resistit, procul dubio conscientiam laedit, ejus; vulnus infligit. *Quod erat demonstrandum.* Id tamen subiungendum, haecce procedere, si violatio legi ex malitia atque contemptu oriatur.. Nam si ex ignorantia & imbecillitate descendat, & subsequentem habeat poenitentiam, conscientia minus laedetur..

## V. Natura per se non deficit omnino; nec vires suas naturaliter prorsus amittit.

**Q**uanquam diffitendum non sit multa in rebus naturalibus ad pristinum vigorem nunc non assurgere, in multis florem, copiam, robur & efficaciam os lim deprehensam hodie desiderari; Ubi enim jam uvae quas in palestinâ quondam singulas vix bini homines robore integri portarunt? Ubi nunc gigantes priisci ævi mole corporis & fortitudine tantoperè eminentes? Etiam si quis temperantissime vivat, omnibusque modis allaboret; Vix tamen ac ne vix quidem staturam atque etatem Starckateri, qui tot secula vixit, assequetur.. Ubi nunc ea rerum variarum abundantia, quæ antiquitus multis in locis fuit? Quamvis haec a rerum plane non imperito recte negari nequeant; Id tamen naturæ per se haud

haud adscribendum aut tribuendum, sed hominum peccatis & malitiæ; quorum intuitus, ne cœli quidem ipsi mundi sunt, ut omnium adversitatum tolerantissimus Jobus loquitur. Natura quidem in se, ut non abundat in superfluo, ita nec deficit in necessariis quamdiu scilicet naturata à naturante in ordinario cursu sustentatur: Nihilominus tamen omnia senescunt, omnia inveterascunt; nec quicquam stabile ac perpetuò eodem tenore permanens est præter eum qui fecit omnia. Naturæ igitur vires variè defetiscunt, hic langvent, ibi nonnihil restaurantur; hic reflorescunt, ibi flaccescunt, non tam ex instabilitate suâ; cum natura opifex opus stabile, atq; dum ipsi placuerit, durabile effecerit; quam ad hominum mores; & ut monumentum totius machinæ aliquando dissolvendæ. Cœli quippe inveterascunt & tu inveterabis illos, inquit Rex & Psalmista David. Certum autem interitus annum, nedum diem nemo hominum certò inde prædefinierit; cum nemo verè pra dicere possit hominem septuagesimo aut octuagesimo anno obitum, etiamsi vires haud parum deficiant: Non pauci quippe etiam hosce vivendi terminos transgrediuntur.

## VI. Liberalitas magis in dando quam accipiēdo consistit.

**E**T si liberalitatis actus circa utrumq;, dare & accipere non secus atq; genuina sua objecta versetur, circa quæ debitam obseruat mediocritatem, ne in vitiosa extrema prolabatur eam exercere volens; Non secus enim atq; temperantia circa voluptatum fugam & participationem; fortitudo circa timere & audere &c. Ita

liberalitas in dando & accipiendo cernitur. A C C I-  
P E R E igitur cum suam etiam laudabilem habeat me-  
diocritatem, in quâ laus non infima consistit, cum debito  
fiat modo, virtutis actio est. D A R E tamen præcipu-  
us liberalitatis actus est. Liberalitatis quæ tanta est tam-  
quæ eximia virtus, ut nulla homine dignior, nulla splen-  
didior; quippe quæ omnium ad se amorem trahat; adeo  
ut in extremitatibus quoq; terris constitutos, de quibus libe-  
ralitatis fama est, tametsi de commodis ejus nihil no-  
bis speremus, tamen benevolentia laudibusq; prosequa-  
mur; contra tenaces odio & obtructatione, ut loqui-  
tur translator Joannis Boteri de Politia illust: lib. 2. cap 4.  
p. m. 189. Exempla addit inquiens<sup>o</sup>. Eminebant virtus  
quædem in Nicolao V. Pontifice maximo, item in Al-  
fonso Rege; claros tamen atq; amabiles faciebat dandi  
studium. Nec quicquam ad benevolentiam, & quod a-  
ptissimum est ad quiete vivendum, charitatem concili-  
andam accommodatus est ipsa liberalitate. teste Cic. lib.  
2. de finibus<sup>o</sup>. Quo etiam respexisse videtur Alfon-  
sus Siciliae Rex, annotante etiam sup. cit. Botero: Inter-  
rogatus enim, quid servaret sibi, qui tam multis tam  
multa donaret? Ea, inquit, ipsa quæ dono, cætera enim  
in meorum numero non habeo. Quo innuere voluit  
sapientissimus Rex, munera liberaliter in alios collata  
sempiternam sui memoriam apud eos, in quos collata  
sunt, relinquere. Nullum autem illustrius, aut huma-  
no generi & publico utilius est liberalitatis genus, quam  
cum adolescentes, quorum angustiores sunt res, & in  
quibus ingenij vis & indoles aliqua ad virtutem prælucet,  
pecunijs sustentantur, & ad studia continua ad sublevan-  
tur.

tur... Quid enim vel privatim beneficentius fieri potest  
quam vadentem ad virtutes viatico suo juvare? aut pu-  
blicè utilius, quam suâ pecuniâ, suâq; operâ id præstare,  
ne naturæ bona hominum ope destituta pereant? Un-  
dè & Alfonſas iterum adolescentulos quosdam cum intel-  
lexisset ob parentum inopiam, quibus cæperant discipli-  
nis, continuare operam non posse, eos in Galliam ulteri-  
orem Parisios misit, pecuniâ statuta, que illis suo ex æra-  
rio suppeditaretur... Præstat idem in immortalem sui  
gloriam S. R. M.<sup>ta</sup> præstant & alij Heroës & magni vi-  
ri, quorum fontes ad nos quoq; derivatos esse, æterna  
eum gratitudine semper commemorabimus'. Num (ut  
iterum Boetus) aut beneficentius aut utilius excogita-  
ri liberalitatis genu potuit? Hoc autem quid est ali-  
ud, quam dare operam, ut multi semper sint qui rerum  
civilium ac naturæ perscrutationi vacent? quam nol-  
le pati ob ignorantiam rerum cognitione dignarum ca-  
ligare res publicas. Hinc & quanta sit liberalitatis præcel-  
lentia, quantus in eâ splendor & utilitas: nec non si-  
nus, quod magis in dando quam accipiendo eluceat satis  
perspicuum est.

## VII. Omne mendacium est vitium.

Mendaces esse filios Diaboli, veraces vero Dei,  
pueris etiam à teneris inculcati solet. Et  
quidem recte; ut ab ipso nutricis lacte veritatem  
amare, mendacia vero odisse acaversari discant.  
Diabolus enim homicida erat ab initio & in veri-

tate non stetit. Joh: c. 8. Qui cum mendacium loquitur, de suo loquitur. Quicunq; igitur illū humani generis infensissimum hostē imitari horret, veritatem colat, falsiloquium caveat. Si enim in *perniciem proximi* quis mentiatur, mortale peccatum est. Si ut amicum vel alium sublevet, ei prosit, commodet aut officium præstet, mendacium proferat, prævaricatio tamen est & culpanda imbecillitate non caret: quasi verò salvâ veritate & nisi mendacio pro umbone & clypeo uatur, salus proximi aut propria obtineri nequeat. Si ad oblectandum non visa fingit, vanus est & cavendus'; ut canit Horat:

*Fingere qui non visa potest: commissa tacere,*

*Qui nequit; Hic niger est, Huc tu Romane caveto.*

Sic etiam nos non immeritò dicimus; *Hunc tu Christiane caveto.* Sin ex merâ levitate, neq; oblectandi, neq; commodandi gratia veracitatis limites quis transgrediatur; Vanissimus est. Et ex tali vanitate turpissimum mentiendi habitum contrahit: Quod & sapiens disertè innuit: inquietus'; Noli amare mendacium adversus fratrems tuum; neq; in amicum similitè facias'. Noli velle mentiri omne mendacium; assiduitas enim sive consuetudo illius non est bona. Ecclesiasticus C. 7. ¶ 13. & 14. conf. C. 15. ¶ 8. Quin & cordatores ethnici mendacia omnime improbarunt; Juxta illud Poëtæ,

*Odi illos, ceu claustra erebi, quicunq; loqvuntur*

*Orc aliud, tacitoq; aliud sub pectore condunt,*

Plura

Plura videantur in *Collegio Ethico Consultissimi Dn.*  
*PRÆSIDIS* Disp. 10. Ubi etiam ad ea argumenta quæ  
vel ex sacris vel aliundè, pro aliquibus mendacijs specie-  
bus afferri solent, ac possunt, fusiūs respondetur.  
Ecquò igitur colore illa mendacijs species palliari po-  
terit? ut planè in vitio non sit. Aut enim si mendaci-  
um est, vitium est: aut si vitium non est, mendacium  
non est; nec merito dici potest.

### VIII. S. Scriptura unica est & perfectissima regula sive nor- ma fidej, morum & contro- versiarum Theologicarum.

**H**oc ideo non subjungitur, quod animus sit fal-  
cem in theologorum messem intempestivè mittere;  
sed ut afferatur etiam in morum doctrinâ & practicâ  
philosophiâ verbum Dei normam quoq; & certissimam  
vitæ humanæ regulam esse. In Politicâ tamen preslè  
sic dictâ, nec non Jurisprudentia, multæ etiam aliæ re-  
gulæ observandæ; quæ ita expresse in Sacro Codice nō  
inveniuntur: dummodò tamen eidem non repugnant  
aut contradicunt. In reliquâ autem Philosophiâ, ut-  
pote *Mathesi*, norma est recta ratio, principia nobiscum  
nata & inde deductæ demonstrationes. In Physicâ,  
armissis est eadem recta ratio & experientia, quæ ex ma-  
gno isto *nature* libro desumitur. Multa enim inibi  
recte concluduntur, quæ in Sacris literis nusquam diter-  
ritur habentur. At in rebus Theologicis, unica & infal-  
libilis

Sibilis cynosura est S. Scriptura canonica, ad quam o-  
mnia dogmata, ne ab exoptato portu aberrent, dirigen-  
da. Nihil hic humanæ valent traditiones, juxta quas  
DEus frustra colitur; ut ipse Salvator asserit: nihil  
ratio humana, quæ in divinis cæca est. Sed trita hic  
regula tenenda.

*¶¶¶ Verbum non fallit, multos speciosa fefellit  
Glossa, D&I verbo nitere; tutus eris;*

  
*V*Allis, læta rosis abundat, *Hybla*,  
Molles dat violas olens *Nymetus*;  
Ex queis mella trahunt apes opima,  
Fingunt undè favos & arte stipant:  
Tu promptus *Sophia* colis vireta;  
Quam pingvi legis herbulas in horto!  
Quam svaves legis herbulas amice!  
Dulci melle fluunt, odore fragrant,  
His plures cape flosculos in arvis,  
Quò te *Pierides* colant amore,  
Quò fertu sapientiæ coronent.

*Properanti pleistro Patriotæ perdilectio  
posuit*

*P. Warelius.*

